2499z

1

Clarissime Domine!

Editores Operis historico-Statistico-topographi-
ci Regni Hungariae exhibuerunt mihi descrip-
tionem Urbis Strigoniensis operi inferendam,
ut iis, quae forte non satis adaequate ad-
ferrentur, emendatis, typis vulgandam re-
mitterem. Cum vero descriptionem hanc non-
nulla ~~nonnulla~~ continere observem, quae
subsistere haud possunt, D.V.ae opus totum
una cum paucis per Secretarium meum
factis reflexionibus isthic in origine eo
fine transpono, ut re relate ad structu-
ras meas Strigonienses cum Architecto
meo collata, historicis vero ac aliis datis
rite combinatis ac discussis et pro re na-
ta emendatis, ipsamet D.V.ae adaequatiorem
ac melius coordinatam Civitatis Strigoni-
ensis descriptionem adornet, mihique sub-

sternat

1√

per me subin Editoribus transponendam. Ceterum piis affectibus comendatus persisto

Clarissime Dre

Pestini 16ᵃ Nov. 828.

addictus
Princeps Alexander a Rudna

D Carolo Rumy.

2499

2

PESTH

Spectabili, ac Clarissimo Domino
Georgio Carolo Rumi, complu-
rium Eruditarum Societatum
commembro, variarumq Disci-
plinarum Professori emerito.

[illegible]
[illegible]
in Veszelischen [illegible]
N. 35.

Vienne.

2v

Handschrift des Cardinals
und Primas von Ungarn
Alexander von Rudnay.